Intelleximus depositas esse ad officium Fid. Vrum certas res nobilis olim Joannis Gorskij minetis Generalis ex quibus framea argento ornata est per eandem Gorskij Monasterio Bernardinor testamento legata Mandamus itaq Fid. Vrb Seriò vt quamprimum ab eisdem fratribus requisiti fuerint eandem frameam ipsis extradant neq secus faciant Si gratiam nram charam habent.

Mandatum pro administrati iustitia

Sigismundus etc

Famatis Proconsuli et Consi civitatis nostrae Ilkusien Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam Famati Fid. nobis dilecti Conqueruntur grauiter Seniores totaq Fraternitas fossoria alias Kopaczskie Bractwo in civitate illa antiquitus fundata quod plerique Cives alij bona et fundos eiusdem Fraternitatis occupant eosq nullo iure sibi vendicant alij census eidem Fraternitati debitos a multis annis retinent Quare Fid. vestris ad quorum officium pertinet ne bona Ecclesiastica dispereant Seriò mandamus vt quamprimum ab eisdem Senioribus Fraternitatis praefatis requisiti fuerint eisdem de omnibus bonorum praeditorum occupatoribus censuumq retentoribus absq vllis diffugijs et tergiuersationibus Judicio de plano sine strepitu et figura Judicij tanquam in causa Priuilegiata ius dicant, iustitiamq indilatam administrent, eandemq Fraternitatem in recuperandis tam fundis quam censibus praefatis non tantum non impediant sed etiam adiuuent. Pro gratia nostra officijq sui debito.

Cessio villae Metna

Sigismundus etc Scamus etc

Quod coram nobis et Actis Cancellariae nostrae constituta personaliter Honesta Zophia Honesti olim Mathis Pek cocinostri relicta vidua per nlem Martinum Chmielowskij ad eum actum assumptum sibi tutorem accedente speciali consensu nostro vltro libereq de iure suo quod illi ex donatione nostra ad bona Sielisko Metne dicta in Capitaneatu Mielnicen sita aliaq omnia bona nostra Regalia quae nobilis olim Joannes Siecinskij Stipator noster possidebat competit cessit et in effectu condescendit

342